

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3627

Auteur(s) : Louis IX, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Eudes Rigaud, Rouen (archevêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1261, juin

Lieu d'émission : Château-Gaillard

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Louis [IX], roi de France, cède à Eudes, archevêque de Rouen, la rente annuelle de 40 livres tournois que ce dernier lui devait pour l'étang de Martainville et 100 sous qu'il lui devait pour Pinterville, en échange du manoir de Saint-Mathieu près de Rouen avec toutes ses dépendances que l'archevêque lui a cédé avec l'accord du chapitre de Rouen. Le roi concède également à l'archevêque la haute justice de la ville de Pinterville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde l (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 670, p. 138.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum dilectus et fidelis noster O., Rothomagensis archiepiscopus, teneretur nobis in quadraginta quinque libras turonensium annui redditus, ratione stanni de Martinivilla juxta Rothomagum, quondam nostri, de quibus quadraginta quinque libris predictus archiepiscopus a nobis emerat centum solidos annui redditus, teneretur etiam nobis in centum solidos, ratione ville sue de Pintarvilla, quam emerat a Petro de Meullento, serviente nostro, et ejus uxore, nos, in escambium et in recompensationem manerii sui dicti de Sancto Matheo juxta Rothomagum siti, quod cum prato, gardino et omnibus pertinentiis suis nobiscum permutavit idem et nobis concessit, de consensu capituli Rothomagensis, pro redditibus supradictis a nobis et successoribus nostris libere et quiete in perpetuum possidendum, sicut idem archiepiscopus ipsum tenebat et possidebat, ita etiam quod personas religiosas collocare et instituere possimus ibidem, si nostre placuerit voluntati, concedimus et quittamus eidem archiepiscopo et successoribus suis archiepiscopis Rothomagensibus, ex causa permutationis predictae, predictas quadraginta libras, ratione prefati stanni, et dictos centum solidos, ratione ville sue de Pintarvilla, nobis debitos prout superius est expressum. Concedimus etiam et quittamus, ex causa predicta, eidem et successoribus suis predictis, totam altam justiciam quam retinueramus in predicta villa de Pintarvilla et ejus pertinentiis, ab eodem archiepiscopo et dictis successoribus suis, quiete et pacifice possidendam, ita tamen quod dictus archiepiscopus et successores sui Rothomagenses archiepiscopi nobis et successoribus nostris quinque solidos turonensium annui census de redditu dictarum quadraginta librarum turonensium, ratione stanni predicti, singulis annis in duobus scacariis nostris Rothomagensibus reddere tenebuntur. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentes litteras sigilli nostri

fecimus impressione muniri. Actum in castro nostro Gaillardo anno Domini millesimo CC° sexagesimo primo,
mense junio.